Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Diuo Maximiliano Cæs. Augusto.

Principi Magnanimo & inuicto. Oratio, nomine Gymnasii Viennensis, per IOAchimũ Vadianũ Heluetium, Oratorem & Poetam ab eodem Laureatum. xi. Kalen. Augusti. Anno. M. D. XV. in celebri summæ nobilitatis præsentia, exhibita.

Ex Museo Hungarico

Vegetius a principio primi de re militari.
Nihil equidem recte inchoatur, nisi post Deum
fauerit Imperator.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

REVERENDISSIMO PATRI ET DO. DOMINO GEORGIO, DEI GRATIA EPISCOPO VIENNENSI. DOMINO COLENDISSIMO. IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS. S. D.

QVAM habiturus eram orationem ad magnanimũ Imperatorem MAXIMILIANVM, cum ipse, ut nosti, maximis & amplissimis negociis urgentibus quo minus audiret, exscribi eam & offerri sibi Gymnasii nostri p̃sentia desiderasset, officio pro uirili feci satis, ea maxime spe, ut nihil horum exiturum in lucẽ confiderem, quæ tumultuaria cogitatione, in subito rei euentu congesseram, nam alioqui tempus per me destinatum erat his studiis quibus tanti Principis laus, auctior aliquanto, & ut gesta sua uirtusq; mereri uidebantur, impẽsiori opera magis illustris, in eruditorũ conspectũ prodiret. Verum ut aliter agerem casus fecit, nam postq̃ oratio, ab uiris plærisq; Cæsareis eruditionis non protritæ, lecta est, ita, nescio quo modo, placuit ut editiõe dignã dicerent. Quam, si nollẽ ego, se maturare tamẽ uelle quocũq; loco dicebat Iacobus Spiegel Iureconsultus & Cæsareus a secretis, Vir cum ob singularẽ doctrinã, tũ summã humanitatẽ, mihi coniunctissimus. Cuius quasi minis factum est, ut quod ipse animo diffidens, ultro nolebam, coactus peregerim. Nõ ob id quidem quod Cæsarem laudare, aut nollem, aut non possem, sed ob eam causam potius, q̃ quæ dicturus fueram, haud omnino rei mihi cõceptæ respondere uidebant. Quod igitur alioꝝ iudicio editũ est, reuerendissime præsul tibi nũcupo. Quæris qua causa? Nulla certe alia, q̃ q̃ & tu soles, meas esse aliquid putare nugas. Vt si qui futuri essent, qui iustis fortasse causis moti, plæraq; ut minus accedentia, reprehendere uellent, mihi saltem ob hoc parcerent, q̃ temere probare & admittere nihil soleas, eodem fortasse & in nostris iudicio te usum existimãtes. Vale præsul colendissime, & Vadianũ tibi cõmendatum esse sinito. Viennæ. Kalen, Augusti. M.D.XV.

AD INVICTISSIMVM ET MAGNANIMVM IMPERATOREM Diuum MAXIMILIANVM Cæs. Augustum. P.P.F.P. oratio nomine Gymnasii Viennensis, per IOachimum Vadianum Heluetium. Poetam a Cæs. Laureatum XI. Kalen. Augusti. Anno. M.D.XV. exhibita.

fol. 147

NISI INDIES magis magisq; rerũ a te gestarum & amplissimarum uirtutũ tuaꝝ, gloriã accrescere tute ipse intelligeres, princeps inuictissime & magnanie Imperator MAXIMILIANE, mirari fortasse non iniuria posses, cur esset qd̃ adeo incredibili compellãdi maiestatẽ tuam desiderio, quoties Deoꝝ immortaliũ consensu hanc urbem nostram, imo uero tuam ingrederis Gymnasii tui uiri antistites corriperẽtur? Præsertim q̃ a multis annis iudicare nõ difficile fuit, quanta tua in omnis eruditos beneuolentia & munificentia fuerit, nedum in eos quos publicæ disciplinæ gratia in hac amplissima & magnificentissima ciuitate tua, amplissimis stipendiis ornandos suscepisti, quos eo tibi chariores esse constare debebat, quo acceptiores fuerunt, & alioqui nõ obscurum erat, nos oẽs omni studio opera & diligentia in hunc usq; diem tibi plurimũ uoluisse, qui ob susceptoꝝ beneficioꝝ magnitudinẽ plurimũ debebamus: ut plane opus non fuerit, hac nostra oratione animũ tuum, tot tantisq; curaꝝ molestiis occupatum, in hoꝝ quæ utrinq; explorata perspectaq; erant, cogitationẽ & memoriam deflectere, VERVM quia istuc hodie fœlicitatis peruentum est, ut fulgentissimũ in te splendoris & celsitudinis fastigiũ, quod nullius ornamenti accessu, augeri amplius posse uidebat̃, adeo sese extollit, ut cœlo æquet̃ & quotidie amplius estimatiusq; fiat id, cuius antea magnitudinem, satis animo concipere nequibamus, obliti profecto & officii & pietatis iuste uideri possemus, si hoc exoptatissimo aduentu tuo nullum tibi cõmunis læticiæ indicium præsentia nostra faceremus. Patieris igit̃, eo quo soles animo Sacer imperator Scholæ tuæ Viennensis Gymnasiarcham cũ uiris clarissimis & omnifariã eruditis, cumq; iuuentute bonoꝝ morũ bonarumq; disciplinaꝝ studiosissima id agere corã qd̃ summa cũ uoluptate, unanimi oẽs desiderio exoptarunt, hoc est, salutare & uereri tuã maiestatem, oculos pascere prope diuino aspectu tuo, teq; ut mundi dñm & Patriæ patrem exultante

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

intra præcordia plauſu excipere. Quandoquidé cum in omni hominũ cœtu uirtutis momenta exoſculanda eſſe uideantur quanto plus in illo uenerationis obtinebunt qui ut conditione adminiſtrationis, ita & conſumatione uitæ non aliis præſtat tũ ſed & exemplo eſt. Quod exellẽs & inſigne in te munus, niſi nos primi agnoſceremus, officii certe noſtri ratio intermiſſa, culpam impingeret. Non enim par eſt ut ab aliquo hominum ordine iſti in uirtutis cõmendatione & admiratione uincãtur, qui eius non cultores ſolũ uerum etiã Doctores eſſe & uideri uolũt, Quoq; in numero nos ſumus, qui diu noctuq; id agimus, ut diligentia noſtra eruditiores euadant, qui cunq; ſe litterarum artiumq; capeſcendæq; gratia huc conferũt Virtuti uidelicet hac in re ſummopere conſulentes, hæc enim honeſtæq; artiũ præſidio comitata amictum firmitatis & certitudinis robur exhibet. Videor iam nunc uidere te Sacer Impator, quemadmodũ præter cõmune officium quo omnes tibi ſunt obligati nos prope priuata quædã neceſsitas ad hanc ſedulitatem noſtrã impulerit, Vt primi eſſemus, aut ſaltẽ primi uideri uoluerimus qui uirtutũ tuarũ, imperii tui, imo uero totius uitæ tuæ preſtantiam magnitudinemq; teſtaremur. Quæ quidẽ ea eſt, ut intelligi atq; animo deprehendi facilius queat quam uerbis explicari. Quis enim oĩa ea, ſi modo ſermonis imenſitate nõ moleſtus eſſe pergit, decenter exequetur, quæ ſingula tanta ſunt ut ſuum quodq; tempus, ſuumq; laborem deſideret? Etenim cum duo ſint, quibus cœlos apprehendiſſe boni imperatores uidentur, belloq; uidelicet & Pacis adminiſtratio, quoq; alterũ animi magnitudinẽ, alterũ iuſticiã, utrũq; certe ſummã prudentiã ſibi uendicat. Nõ facile uideo, ab utroquis in req; tuarum cõmemoratione cõmodius ordiri queat, Adeo in utroq; ſe generoſiſsimus animus tuus inſignẽ præſtitit. Verum quia Martia in Imperatore uirtus faſtigio laudis locari conſueuit, priori loco cogitantẽ, quæ tua belloq; ſucceſſu fortuna fuerit, ad eloquendũ prouocat. Nec ea quidem enumerare eſt animus, quæ per iuuẽtutis tuæ teneritatem, tanta grauitate geſsiſti, ut nondũ parens ipſe, poſt regium Diadema unanimi Procerũ imperii conſenſu, ſiue potius deſiderio, ſumma cum ſolennitate acceptũ, Paternũ animũ, illudq; diuæ frontis in Friderico parente tuo decus & ſpecimen exprimere uidereris. Durat huius memoria apud Burgundiones & Belgas cæteros, durat apud Eburones, Sicambros, Morniosq; &

Batauos qui tuam uirtutem bello experiri coacti, poſtq̃ cognouerũt, amare & proſequi ſumma uenerationẽ nec in te, nec liberis nepotibuſq; tuis, in hanc uſq; qua hæc loquor horam, unq̃ deſierunt. In his q̃ æquo animo te uictorem geſſeris, q̃ ſorti aũt res aduerſas, quæ in tantis armoq; difficultatibus caueri oĩno non poterant, ſuſtinueris, teſtes ſunt ipſi tibi aliqũ hoſtes, qui per utriuſq; fortunæ periculũ factũ, qui tibi animo, quæ uires, quanta cõſtantia eſſet non obſcure animaduertere potuerũt. HAEC aũt oĩa cum in ſene principe ſint admiratiõe digna nedũ in Iuuene, qua tandem parte ea locabimus quæ maiori ætate & periculo, & geſsiſti antea, & iã nũc indefeſſus geris. Notũ illud quidẽ & peruulgare eſt his, qui tuam animo fortitudinẽ metiunt, q̃ grauiſsimos armoq; impetus, & dubiã Martis aleam tuo ductu, tuiſq; auſpiciis geri non ſatis eſſe duxiſti, niſi præſentia tua, iã equeſtris, iam uero, ut res poſtulabat, pedes primam hoſtibus faciem tuam exhiberes, hortandoq; & monendo uictoriam, quæ tuis titulis deberetur aſtrueres, Id quod primus Cæſar, qui ſibi Dictaturæ perpetuæ nomen aſciuit, ſummo in diſcrimine & ancipiti prœlioq; fortuna hiſtoriaq; fide egiſſe memoratur. Quid referam tam diutinũ tuum cum Venetis bellum? populo, ſi opes conſideres, potẽtiſsimo, & per maria illa noſtra ſummo mercis fœnore reptãte, cui regna quoq; & Regũ gazæ in promptu ſunt. Si locum quem habitãt? munitiſsimo, & ambientibus oĩa Adriæ fluctibus tuto. Si ingenium? callido & ad req; euenta mire uerſuto, inq; omnis partes ſagaci, ſiue pacis, ſiue belli ſtatuat? cõditio, quod iam mora quidẽ ſua Græcoq; ad Iliũ obſidioni accedit, in decimũ uidelicet annũ propagatũ. Non tua quidẽ Cæſar, aut eoq; qui tuis iuſsis ſunt ad manũ negligẽtia, quod tibi ne ab hoſtibus qdem obiicitur, ſed illoq; potius cunctatiõe uerſipelli, & formidine nõ ſane uirili, nec æquis fortaſſe belli legibus. Initio nanq; ut illa gens aſſueuit, alacres admodũ & quaſi petulci, nunq̃ deinde uires ſuas uno in congreſſu tuis armis exponere auſi, fugacũ Parthoq; more iam hac iam illac erumpentes, oĩa feſtinãtiſsimo & paratiſsimo in fugã impetu peregere, ob eam rem nulla hactenus uictoria, quã cõſtans ipſis & intrepida manus peperit, memorabiles extiterũt, fuſi ſemper & fugati, nec ulla ex re plus laudis nacti q̃ q̃ hactenus tanto bello ſupereſſe ſaltem potuere. Niſi quis & illã eis gloriã tribuere uellet, quod oppida cœperint non nulla, hoc ipſum, ſi

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

quæ ceperant seruassent aut quouis modo tutari potuissent, non paruũ eorũ fortitudinis indiciũ præbuisset, sam uero cum clandestinis occursibus capta, euestigio amiserint, quid aliud consecuti sunt, præter sui ipsius imbecillitatis testé indicemq; esse? q hostilem terrã nec tutari captã, nec tenere occupatam queant, id qd a tuæ gloriæ titulis longe abest, tu nanq; urbes amplissimas, iure tibi uetustissimo debitas & ab illis summa iniuria retentas, cœpisti, tu ingentes ad belli initia cũ cõgredi uellent, exercitus fudisti, tu potentissimorũ Regũ in eos odiũ concitasti. Tu partim uiribus, partim singulari prudentia tua superioribus annis bonam Italiæ parté concussisti, nimirũ indicans, quid & quantũ in arbitrio tuo positũ esset. Qua in re illud nobis simul & iocundũ & admiradile fuit, q tam magna rum rerum fere tota series absente te præter solitum traducta fuit. Postq; enim illa loca prout solliciti ducis strenuiq; impera toris partes postulabant, conspicatus eras, cũ intra mœnia intraq; paludes delitescentes nullã tibi aut pugnæ, aut trophæi occasionem facerent, capto quod omniũ optimũ erat cõsilio, retrocedere maluisti, q; in sole & harena gratissimas tibi tuorum uires destituere, Reliquisti tamen Imperator, qui ad confinia passim excubarent, & dolosi hostis uersutias, non tam exciperent q; terrerent. Porro amplissima & ditissima Venetiarũ soboles, quid adeo iuuit in hostis uestri declamatissimo aduentu, muros lacusq; pro manib⁹ proq; armis eligere? Cur bello moram facere q; armorũ facto periculo ad uictoriã tendere maluistis? tũ enim uirtuti uestræ, si quæ fuisset, locus erat cum promptus ad arma miles, oscitabundus & palans ad littora uestra & canales oberrabat, auide prospiciens si quo loco armatos manipulos aut contubernia paulo animosiora deprehendere aut saltẽ contueri posset, sed delitescere, q; apparere maluistis, ea fortasse causa q constabat, nullã tuto cũ Germano Imperatore manũ, de uictoria arma conserere. Maiores aũt nostri & quicũq; famã armis quæsiuere, uerã istã in re militari gloriã esse putarunt. quæ pugnãdo & urgendo nõ cedendo & subterfugiendo pararetur. Cum imperiũ tam faustum, Cæsar, tanq; longa sæculorũ moniméta sortitus Romulus Rex difficillima bellorũ cura tendere & amplificare incepit, exiguo indubie mœniũ ambitu, suas cohortes ab hostiũ legionib⁹ coercuit. Is enim sibi cum aduersariis mos erat, hæc consuetudo, Vt multo magis finitimi uim Romuli & impetũ

formidare didicerint, q; Romulus finitimorũ potẽtiã, id quod latinarũ historiarũ autoritas indicat. Lacedemonii Spartano quodam id præclare attestante, mulierũ curã potius q; uirorũ muros esse existimarunt, Ille enim cũ hospes quidam patriæ suæ muros latos exelsosq; dixisset, si mulieribus, inquit, istos comparastis recte quidem, si uiris, turpiter, pbelle indicans uiro forti suã fortitudiné pro muro esse debere. Cæterum ut ad te reuertar Inuictissime imperator MAXIMILIANE, animaduerto eo pœnitẽtiæ & tedii a partib⁹ peruentũ esse, ut fœdus poscere, pacem desiderare, tuãq; indignationé demulcere nõ desistant, ficto ne hoc, an sincero anio faciant, dubiũ, ipsi certe qua pœnitentia ducantur, coram tua maiestate confessi sunt, & fortasse mallent tuã sibi magnanimitatẽ, alia quadã q; armorum ratione innotuisse, quãq; id ad tuæ laudis amplitudinem plus pertineat, q contemptarũ uiriũ fiducia, quid posses aut quantus esses his ostendisti, quorũ animis adeo uictoriarũ spes insedit, ut ne tentari quidem se a quopiã posse sibi persuaserint, nedum uinci. Scient illi deinceps q; grauiter & quã iuste neglecta potentia sæuiat, & exẽplo erunt aliis ne in Germanum imperatorẽ quicq; liberius q; deceat audeant, Germanum aũt dico te Magnanime Imperator q ad Germanos iãpridem translato imperio tanto omniũ uirtutũ adminiculo firmatus præes, ut dubitari non debeat, plus ornaméti imperio tua dignitate allatũ esse q; tibi imperii maiestate. Tametsi in hoc supremo oís terrenæ dignitatis gradu, plurimũ splendoris & dignitatis esse solet, quod ei partim potestate, partim loco paritur. Quandoquidẽ cũ ingens sit atq; imensæ estimationis apex imperatorius quocũq; tandem loco statuatur, & cum uetustate & Sanctitate nominis, tum rei, cui semper summa ueneratio habita est, exellentia pene adorandus, multum referre mihi uidetur quæ gentes eundẽ aut quis locus excipiat. Non enim est omniũ ad uictoriã æquæ fortunæ accessus, nec pares ad gloriã uires. Xersis dignitatẽ totoq; oriente proclamatã potentiã si Lacedæmonii aut Athenienses tenuissent eo tempore, quo ipsis indefessum armorũ studiũ memorabiles passim uictorias pariebat, longe herde maior uisa fuisset in horũ exigua manu q; illius maria & terras obumbrãte multitudine. Adeo dissimile est, a luxu ne & effluẽte copia, an potius a uirtute haud quaq; ostentosa, fama & honoris nomina proficiscantur. ROMANVM Imperium, quũ Aquilis emicuit

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

in Latio, potentissimũ fuisse utriusq; linguæ moniméta indi
cant. Idem adeo imbi defecisse scimus, ut, nisi Diis ita procurã
tibus, & ipsa etiam Roma per suas pontifices enixe conãte, in
Germanoꝝ inuictã Regionem tralatũ fuisset, ad nihilũ fortas
se redactum hodie summo cum animi mœrore cerneremus.
Quod ne manes quidem inclytissimoꝝ Romulidaꝝ quorum
fide, prisca militiæ felicitas constitit, sine dolore quocũq; loco
degãt accipere potuissent. Ita tellus illa nescio quo luxu, q̃que
desidia adeo sui facta erat impos, ut nõ Barbaros tantũ, Got-
thos, Vandalos, & Hunnos dico, nil repugnando admiserit,
sed Reges etiã quoscunq; sustinuerit. Primũ igitur uobis ui-
ctrices Aquilæ, ex eo tempore consultũ fuit, quo per niuearũ
Alpiũ iuga trãsuolãtes eoꝝ in principũ tutelã uenistis, qui ab
externaꝝ gentiũ incursibus tuti ueraꝝ uictoriaꝝ autores esse
possent. Quis enim armoꝝ fœlicitate, fortiũq; uiroꝝ fœcundi-
tate Germaniæ hodie primas nõ tribuat? Quis fortissimas &
bellicosissimas natiões eius nesciat? Cuius Germãiæ? Nempe
eius quæ linguæ cõmunione aut intra uetustos limites, aut
certe prope, illustris est. Equidem cũ Pannones, Noricos, Vin-
delicos, Rhetos, tum maxime Heluetios inter Germanos nu
mero, minus terræ fortasse natura, at amoꝝ fide, cõstantia, &
fortitudie magis. Nihil eni illis i eo uirtutis genere qd uiroꝝ
sit deesse uidetur. Hi uero præter hoc, q̃ a Germanis ortũ in-
dubiũ trahunt, rerum ad bella pacemq; pertinentiũ, peritissi-
mi & eximiæ cuiusdam libertatis assertores, tuæ maiestatis in
tegritatem, tanti faciunt, ut in te uno uenerentur, quod soli
tibi datũ concessumq; esse animaduertunt, in nulloꝝ alioqui
quotquot sunt aut Regum aut principũ decreta iurati, stre-
nui semper reꝝ imperialium propugnatores. Si sunt qui ali-
ter sentiunt malunt illi quidẽ per inuidiã dissentire q̃ proba-
re uerum. Illud ausim dicere uideri mihi nunq̃ firmius, nunq̃
illustrius imperii Romani res stetisse, q̃ ex eo tẽpore quo ipm
dei optimi max. nutu & ecclesiæ Romanæ sacro sanctæ con-
sensu, in has terras tuas. i. in hãc nostrã Germaniã translatum
fuit, quæ quidẽ a sæculoꝝ memoria nullũ unq̃ tã graue iugũ
passa est, quin euestigio asseruerit se & subduxerit, Quæ prici-
pes suos imperii magnitudine, non genealogiæ cuiuspiã suc-
cessione, sed uirtute & potentia idoneos, dignata est. Qua a
Romanis neglecta cum sanguinis propagationẽ uirtuti ꝓpo
suissent, factũ est ut improbos ꝑsæpe & ineptos imperatores
quorum

quorum stulta insolẽtia imperii ratio incolumis stare nequi-
bat, sustinere coacti sunt, inq; his grauissimã experiri Tyran-
nidem, quos cõmuniũ parentũ nomĩe dignabanẽ. Et alioqui
multum interest, imparisq; & honoris & meriti, eligar ne in
præcellentẽ imperii apicem, an expuncto priori succedamẽ. In
illo enim iudicii & consensus bonitas locum habet, ut etiã de
se confidere possit, qui tantaꝝ reꝝ habenis præponitur, In illo
autẽ cum sors & fortuna electionẽ faciant, non tam bonis &
idoneis q̃ improbis & ignauis locus esse potest, Tu quidẽ Cæ
sar Auguste primo Rex, mox Cæsar electus, magnanimitate
& prudentia tua cõsecutus es, ut te bella mouentẽ Germana
pubes libens in quẽcunq; hostem sequatur, pacem uero admi
nistrantem supplice pietatis & amoris officio uenereẽ, ornet,
amplificet, deniq; nullũ officioꝝ genus quod candidũ & since
rum in Principẽ animũ deceat, intermittat. Et hoc quidem eo
loco, quo multis sæculis maiestatis imperatoriæ ratio aut ig-
nota, aut non admissa fuit, apertissimo indicio, non ꝑpterea
immanes Germanos uideri debere, q̃ maximis conantium
Cæsarum cladibus imperii conditionẽ reiecerint, sed pruden-
tes potius, q̃ agnouisse uideanẽ, nulla tyrannidis molestia li-
berum natura genꝰ humanũ premi & uexari opus esse. Cum
iam nunc suæ gentis Cæsares, quoꝝ tu multo maximus es, ita
ament ut Patrẽ esse patriæ dicant, ita prosequanẽ ut nil ratũ
aut bonis auspiciis factum existiment, cui Cæsareus consensus
non accedit. Hæc Germanis pietas est in uirtutẽ, hæc in æquũ
& iustum religio, & ut in summa complectar hæc cõstantia &
seueritas ut in lectoꝝ Principum absentia, suã libertatẽ tueri
maluerint q̃ genti uirib⁹ impari, unde unde illa esset, manꝰ in
seruituti promptas porrigere. Quãobrẽ multũ ipsis estima-
tionis apud exteros accessit, in magnaꝝ enim reꝝ memoria,
ubi inclita belloꝝ facinora recenseri solent, nullis maior belli
gloria accedit, his, q̃ nulla subita formidine perculsi, ad uicto-
riam armis cõtẽdere, & in medio periculoꝝ impetu, fortitu-
dinis exhibere de se indicia ausi fuerunt. Sic Romana historia
Samnites, Veientes, Tarentini & Carthaginenses illustrati, ex
eo maiorem aliis laudem cõsequunẽ, q̃ sua fortitudine factũ
est, ut simul uictoris gloriã uiriliter ꝓtendẽdo auxerint, suãq;
in eo q̃ uicti sunt nõ prorsus interire passi fuerint. Germania
nostra pugnax & Martia, solaq; quæ libertatis solidæ nutrix
esse uidetur, gloriam elargita est, sese, non uincere dico, sed
petere atq; intrare audentibus, istud enim singularis fortitu-

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

dinis indiciũ prebuisse uisum est. Hinc Cæsari dictatori posteritatis memoria partus honos, ꝓ ponte extructo in Germanorum ripam arma traiecerit, non multis diebus aut sane ut loquar uerius non horis multis illic uictricia, nõ enim solis paludibus impeditũ crediderim eũ qui ne ab Oceano quidẽ abhorruit, quo minus in Brittannos irrueret, sed & armorum impetu cohibitũ, illa argumento esse possunt, ꝓ qui post eũ Cæsares, eandem, arridente uictoriaꝝ spe sunt ingressi: audacium consiliorꝝ temeritatẽ semper grauissimis cladibus luerunt. Traianum Imp. Cecilius magna laude extollit, ꝓ Germanorꝝ excursus per obductũ glacie Danubiũ, armorꝝ suorꝝ fœlicitate retuderit, adeo magnum & memorabile aliquãdo fuit, nostræ originis gentem non uincere quidẽ, sed ne uincerent, cohibere. Quin & falsos simulare triumphos & pro captiuis Germanis eos duci qui Germani nõ essent C. Caligola deses & portentosi ingenii Princeps, in iustæ gloriæ partem collocauit. Præterea mensis nomẽ mutare, & Germanicum dicere qui ante september uocatus esset, in eum finẽ Domitianum uoluisse multiplex coniectura est, ut talis solertiæ occasione sempiternum sibi apud posteros, quãsi superatæ Germaniæ monimentũ relinqueret. Nosti magnanime Imperator, q̃ in auspicatũ Augusti de Germanis imperio adiiciendis consiliũ fuerit. Variana istud clades edocet, quã ne ipse quidem adeo fortunatus alioqui princeps, tã modeste ferre potuit, ut min⁹ interim capillo & barba summissis, caput foribus non illiderit, in hanc uocem frequenter correptus. Quintili Vare legiones redde. Quo tempore adeo consternatũ animo fuisse constat, ut excubias per urbem indixerit ne quis tumultus existeret, præsidibus prouinciaꝝ imperiũ prorogarit, Deniq; quot annis diem cladis mœstum habuerit. Quid plura? Roma illa, illa inq̃ Roma, quæ bellorꝝ successu, & triumphorũ magnitudine, caput orbi se statuere fuit ausa, nulla orbis parte, toties elusa & frustrata spe fuit, Germanis semper qui uincerent repertis, quod hoc in loco, nisi me alia premerent, longa historiarum serie explicare poteram. Illud non prætereã, oẽs fere habitatæ terræ tractus, occasionẽ materiemq; gloriosissimis uictoriis tribuisse. Nam Indiã ante Alexandrũ uictor Bacchus ingressus est. Scythiam Alexander concussit, In hanc Asiamq;, Syriam, Arabiã, bonam Libyæ partẽ, Daciã item Thraciamq;, tum in Pannonias, Macedoniã, Græciã omnem, Gallias & Hispanias, Romanorꝝ arma penetrarunt, ita uincentia, ut tribu

ta censuscꝝ in ærariũ referẽdi statuerent, ut nouo magistratũ usu, Proconsules, Legati, Prætores, Questorescꝝ qui ditioni præessent, mitterent. Sola Germania quã nulla unq̃ peregrinæ potentiæ fama terruit, indigeno Marte fœlix, oĩs uitæ & fortunæ pericula Tyrannidi prætulit, hostem cõstanter amouit, quẽ si aliquãdo (ut nusq̃ integra est fortuna) repente irruentem admittere coacta est, libertatis non oblita, quocunq; discrimine oppressit. Qua in re scriptorꝝ Latii leuitatem, mirari plæriq; non iniuria solent, ꝓ illi & historiæ (ut uidetur) fide & officii sui sinceritate neglecta Romanos terraꝝ orbe potitos asserere falso maluerint, q̃ ueritatis amore (quod historia cum primis desiderat) id qd̃ res habebat fideliter explicare, Etenim nec Scythia, nec India Romanorꝝ unq̃ fuit, ut maiorẽ Aphricæ partem prætereã, tum inter propiora nec Parthorũ quidem aũt Germanorꝝ ager. Quis ignorat plus semp fœdera cum Parthis fecisse pacis q̃ arma? quod ipsum si Crassus secutus fuisset, multo amplioré, ut puto, gloriã & sibi & filio abstinendo q̃ insequendo peperisset, id quod in Germania quoq; petita perq̃ cõmodũ Lollio & Varo, & ante hunc Druso morienti fuisset. Cæterum ut laus nostra maior fieret, mori intra Germaniæ limites maluerunt, q̃ ut in suis sedibus perirẽt opperiri. qd̃ his euenit, qui ab Gothis & Vandalis in media urbe trucidati sunr. Itaq; ut Romanus quoq; scriptor testatus est multo magis turpiter Germãia amissa est q̃ gloriose quæsita. Tu uero magnanime Imperator huiusmodi uerborꝝ tectoria rerumq; friuola cõmenta, e nullo tuaꝝ laudũ præcone desideras. Nemo se tuæ maiestati per hoc placitum iri existimet, qui te aut dõm Deum, ut se nominari Domitianus uoluit, aut to to terrarum orbe potitum, qd̃ ne Alexandro quidẽ contigit effutiat, Per hoc enim tibi tuisq; maioribus, Cæsaribus Germanis, summa laus & summus honos accessisse uidetur, ꝓ ea regio, uestras Aquilas, obuiis manibus & excepit semp & hodie excipit, quã summa cõtentione, dũ in Latio esset, imperiũ obtinere nequiuit. Q̃ si nulla exteraꝝ terraꝝ te principem & Iure mũdi dõm agnoscere uellet, essesq; his tm̃ Cæsar qui sunt & nominant̃ Germani, nihilominus tamẽ, tuæ maiestati par cum omni uetustate laus, parq; estimatio accederet. Nũc uero quoniã non a Christianis solum omnib⁹ qui te iure ut orbis principem agnoscunt, sed & ab his quibus nostra est ignota religio, coleris & ueneraris, eo tuæ maiestati plus cæteris laudis accessisse putandũ est, quo se amplius ultra consuetos Im-

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

peratorꝫ titulos, autoritatis dignitatiſq; tuæ ratio extendit. Quod ad eccleſiæ noſtræ Principes attinet, ſatis nobis teſtimonii attulerunt Vladiſlaus Hungariæ, & Sigiſmundus Sarmatiæ, Potentiſsimi & Chriſtianiſsimi Reges, qui, cũ ad eos tuarum uirtutũ fama pertigiſſet, adeo cõmoti ſunt, ut niſi mutuæ ꝑſentiæ tecũ oblectatiõe aliq̃ frueren̄t, ſatis factũ amori in te ſuo minime putarint. Eam ob rem, cũ nuper haud lõge abeſſe te intellexiſſent, Ille ex regni ſui uiciniis, hic ab extremis Scythiæ Paludibus, Moſchorꝫ acie deuicta propius aduentarũt, quodq; mihi ſummi amoris & obſeruãtiæ indiciũ uidebatur, Ludouico coronato rege, & Anna Regina dulciſsimis Vladiſlai liberis in latus aſſumptis, quaſi id ex tua poſcituri maieſtate, ut cum de nobiliſsima domo ſua, tũ maxie de ſumma ipſorꝫ in te obſeruantia iudiciũ arbitriumq; ſtatueres, qua quidem re, qd̄ amplius diuinæ dignitati tuæ teſtimoniũ accedere poſsit non uideo, præter eni omniũ reꝫ, quæ in hoc uro conuentu ſe offerunt, magnitudinẽ, illud oium animos non potuit non mouere, ꝙ hi Reges quoꝫ prouidentia per tuæ maieſtatis cõſenſum totũ orientalis Chriſtianitatis latus gubernatur, quiq; crebros triumphos non Chriſtiani ſanguinis iactura, ſed ethnicæ perfidiæ cõtinuis cladibus, ſibi quos agãt comparant, adeo officioſe te & humaniter conuenerint, Tametſi enim te digniſsimum, oibus uiſum eſt, quicquid per illos tibi ſplendoris adfuit, Raritas tamen ſuſpendit anios, & iam nunc euenire mirata eſt multitudo qd̄ ante nullis ſæculis contigiſſet. Etenim nec hiſtoriæ nec Annales, neq; ulla prorſus rerum geſtaꝫ monimenta id nobis indicãt, ut aſſerere poſſem⁹ tres illuſtriũ regnoꝫ Principes, coronatos Reges, ualidiſsima rei Chriſtianæ propugnacula, in ullius Imperatoris conſpectũ tanta fide, munificentia, & humanitate ueniſſe. Et tamen uetuſtiores illi cũ ſe orbis principes iactaſſent Reges ſuos etiã ſingulos rariſsime Romæ, niſi aut pulſos a ſuis, aut captiuos conſpexerunt. Tantũ abfuit, ut uirtute & clementia potius q̃ui & impetu exteraꝫ ſibi gentiũ animos deuincire poſſe uiderentur. Id qd̄ tu mira quadam & incredibili prudentia, tum & clemẽtia ſingulari aſsoles, Qui, poſtq̃ pridie patentiſsimo in campo, innumera nobilitate præſente, ipſi te prius Reges ſaluta ſſent, poſt expletos micantiſsima facie tua, oculos ſuos, cũ eos animi gratia in amœniſsimã uenationẽ duxiſses. Poſtero die quãdo una hanc ampliſsimã urbẽ tuã ingreſſus es, tantã omniũ oculis admirationẽ iniecisti, ut nullã olim triumphoꝫ

utcunq; uenuſtã & magnificam ſpeciẽ ſimilẽ quiritibus peperiſſe exiſtimem. Primũ ille nobis tuoꝫ principũ equitatus miraculo fuit qui ꝑter ſolitũ agilis eleganſq; & ad oẽm euentũ mire paratus & ſuccinctus erat, in quo, cum cataphratti & leuis armaturæ circũ equites, correptis ad calcaria caballis priores ingrederen̄t, uiſi mihi ſunt equi ipſi ſpacioſo & ſuperbo inceſſu ſuo geſtientes indicare qui eſſent & quãti qui mox ſe querentur. Quid Ephippia hoc in loco recenſeam? Quid torques, armillas, bullas, enſes, Macheras, Acynaces, Velitares haſtas, deſultorios equos, equos gradarios? Quid ſcuta, quid frameas & miſsilia? totq; agilimos ut ſic dicam oplomachos? Quis illum digne referat, elegantiſsimum & maximis opibus reſplendẽtem trium Regum comitatũ, in cuius medio, duobus præeuntibus, tu te Auguſtiſsimo habitu, ſeniori Hungariæ regi cõiungere dignabaris? Oblectauit ſe mirum ĩmodũ, ex itinere, e feneſtris ſummiſq; tectoꝫ faſtigiis ꝓſpiciens multitudo, oĩa iubilo, oĩa plauſu conferta erant, placebãt trabeæ, clauiq; & in nullo non inſignis purpura, tũ & equi Argolici & Thurcici, quib⁹ auro argentoq; fuſis undiq; crepitãtibus tintinnabulis, ſuperba in inceſſu ſollicitudo, feſtina in curſu uelocitas, ſumma in colore habituq; gratia inerat. Quid inſuetis oculis arcus Scythici, q̃ admirabiles fuere? Nemo non attentiſsime captiua illa Thurcaꝫ agmina, quibus tot ſagittæ tot pharetræ ex humeris pendebant intuitus eſt, oblectauit habitus, terruit uultus, cõmouit odiũ, nec ulla in parte maius uulgo deſideriũ, q̃ Thurcas uidiſſe, q̃ ſpectaſſe Tartaros, tantum hoꝫ immanitas omniũ animis iamdudũ admirationis iniecerat. Quid de Moſchis, quẽ non perculit inauditus lituoꝫ inſonando claſsico ſtrepitus? qui tamen, ut diſsonãtia odiũ, ita gratiam raritate obtinuit. Quã tibi, q̃ Principi Polono plebs gratulata eſt, quãdo coram cernere eos potuit quoꝫ ſumma cũ gloria uictores eſſetis? Verꝫ in illo quidem qd̄ oẽs ſuſpicerent extitit. Maiora penitioraq; quæ prudentioribus ſolũ obuia, uerum & ſolidũ exoptatiſsimi cõuentus ueſtri gaudium abſoluerũt, in eo uerſabant̄, ꝙ quanta tuæ maieſtatis autoritas dignitaſq; foret cum tui gratia iſta oĩa fieri uiderent̄, intelligebant, ꝙ Pannoniã illã ſuã, quã Auſtriã dicimus, glorioſiſsimi ſanguinis & illuſtriũ Principũ alumnã, eo beatiorem futuram iudicabant, ꝙ quaſi in ſinu tot præclara regnoꝫ ornamenta, tam pellucidum Criſtiani orbis caput oium Principũ bonorumq; concurſu fouerit, qd̄ pacem & concordiã diuinis

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

consiliis initã in eo potissimũ loco statuere uidebamini, quo cum primis postulabat necessitas. Nam per Illyriã tuã & Croaciam a meridie, per Pannoniã & mysiã ab ortu, ferox thurcarum rabies grassari non desinit, urget uero Sarmatiã Moscus impius, & imanes Tartari uires addunt, qui cũ cõsilio, monitionibus aut fœdere cohiberi nõ possint, ut armis reprimãtur opus est, quæ tũ maxime uictricia futura erant cum uestræ ea concordiæ uires confirmassent. Alia ceptoꝝ in Christianũ bellorum ratio uobis uisa est, illic enim præ furore, præ ferocia, quod ius fasq; desiderant, locus esse nequit. Hic si non humanitas, non amor æqui, quẽ nobis tũ natura ꝑscripsit, Christiani saltem nominis pietas, quo minus in mutuũ sanguinẽ hauriendũ proni sint qui bene agere ultro nolunt, auertere potest. Vidimus ipsi sacer Imperator non parũ multos, qui in hoc splendidissimo aduentu uestro quid adesset, oculis remissius intuentes, quid uero futuꝝ foret animo intentius contẽplantes, mente conceptã lætitiã adeo moderari non potuerunt, quin lachrymis per genas defluẽtib⁹ aspergerent, intãtum mortaliũ animos pacis cõmoda prouocãt, demulcet cõcordia, deniq; spes quædã ad quã Genius nobis indit⁹ est, amplitudinis, gratiæ, decoris & autoritatis allicit. Præter illa igitẽ inuictissie & orbis habenis nate MAXIMILIANE Aug. ꝙ Sarmatiæ Pannoniæq; ob tam fœlicem aduentũ cõgratulãdum existimamus. Q̃ regnis terrisq; tuis, non tam diuina maiestas tua fit auctior q̃ pax firmius residet. Q̃ orbi Christiano multum imperio tuo, libertatis, splẽdoris, & quietis accessit, Hoc nos, qui tui sumus, tum demũ maxime omniũ afficit, qd illis in terris agimus quibus te & uti & frui possimus, etenim cum orbi contigeris, nobis eo contigisse amplius fato uideris, ꝙ aut nobiscum aut circum nos agis, ꝑ qd præsentia tua, festos quasi animos nostros efficias, gratia uero, iuues, adornes, uincas. Hesit quondã etiã in maloꝝ Principũ animis sollicita de se mortalitas, quis in eo nõ hæreat de quo sperari possit nihil esse boni qd bonis optumus ipse, non faciat commune? Nam ultra hæc quæ pace & bello insignis Parens tuus Fridericus Imp. Augustus cui iamdudũ radiatum inter numina caput & medio sedes statuta cœlo est, dum in humanis fuit, splendidissime & magnificentissime exhibuit, oĩa tu ita in te translata suscepisti, ut maiora feceris, maioraq; relicturus esse uidearis q̃ ut uel Nepotes uel neptes sufferre queãt. Tãetsi iã nũc per generosissimã & plenã indolis genealogiã Austriæ ducũ,

hoc translatitiũ esse incipit, ut certis argumẽntis confirmati persuasum habeamus nihil maiores relicturos quod minoꝝ industria & strenuitate non sit aut par futurum aut maius, Vt enim tua patrem, ita te Philippi filii gesta referunt, atq; utinã sibi per fatoꝝ clementiã ad eam ætatem peruenire licuisset, quæ maior illustriorq; sua ui, maximũ illũ suum & illustrissimum animum euidentius mortalibus ostendisset, quanq̃ hoc ipsum in ætate etiã tenera, prudentiũ testimonio consecutus est, ut secundũ te, hunc unum fortunæ principũ omniũ quos unq̃ sol uidit, optimũ, maximum, ornatissimum terris ostendisse uideatur, Huius soboles tam icolumis tam sancta & ingenua quid non præ se ferte quã spem nõ meretur Hispaniis Ferdinãdus adolescit, Belgicæ Carolus numen astruit, quoꝝ uterq; paternũ animũ ita repræsentat, ut quantũ sibi decoris allaturi sint etiamnum indicent, Fæminea progenies, Reges tam genere q̃ indole meretur. Adsciscit Annam nunc Pannonia. & reginæ Castiliæ speciosissimæ, speciosissim⁹ Hungariæ & Bohemiæ princeps Ludouicus sponsus est. His aliisq; maximis reb⁹ quæ mirari paulo amœnius est q̃ sermone prosequi quietem gratiãq; his maxime qui te agnoscunt & tuis uigent auspiciis pollliceris, Hoꝝ enĩ quæ tua sunt hæc magnitudo est, illa gloria, tam ingens ad æternitatẽ retinendã uis & efficacia ut ea ipsa memoria prosequentis animi acie obtundant. Nos finem dicendi facimus, etiam non consecuti quod optabam⁹ conentur alii & enitantur, ut qui sis relinquant posteris. Ego certe me immensitate premi satis superq; sentio, cui nondum iusto quæsito principio per labantis animi tenuitatẽ, uel inuito desinendum sit. Hæc nos postremo fiducia solatur, hæc spes confirmat, ꝙ persuasum habemus neminẽ ordinis nostri qui illustriũ doctrinarum studiosus sit, ita de te sentire ingenue posse, quin de litteris & litteratis omniumq; honestarum artium amatoribus ita semper sentias ut omnium de te opinionem, præuenire credaris.

DIXI.

Impressum Viennæ per Ioannem Singrenium.
Anno. M.D.XV.